



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt episcopi sui ordinis tempus obseruent, alter alteri honorem præbentes.
Iv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

optamus, pro nihilo duxerint, & venire noluerint, iustaque rationem inobedientiae suae reddere detrectauerint, apostolica authoritate interdicit eis Petr^o sancti Petri & papæ missus, vna cū sancta synodo, missas celebrare, quo usque Romam veniant, & coram papa, & sancta Ecclesia dignam reddiderint rationem.

Conciliū vniuersale non nisi necessitate faciendū. Cap. LIII.

Placuit vt non sit ultra fatigandis fratribus vniuer- *Ex cōcil.*
falis necessitas, sed quoties exegerint causæ commu- *Africa-*
nes, id est, si totius Africæ vnde cunque relate ad hanc se- *no, cap.*
dem fuerint literæ, congreganda ēsse synodū in ea pro- *42.*
uincia, vbi opportunitas persuaserit. Causæ autem quæ cō-
munes non sunt, in suis prouinciis iudicentur.

*Vt Episcopi posteriores se prioribus suis
nouū præferant. Cap. LIV.*

Episcopi verò per singulas prouincias obseruent, ne *Ex epif.*
posteriores se superioribus suis præferat; nec eis in- *Lucū pa-*
consultis, nisi quātum ad propriam pertinet parochiam, pæ, Oci-
aliquid agant. Sed omnes de communib[us] eorum causis, dētalibus
consonā sententiā proferat, & determinent, quoniā aliter *mīsa, ca-*
actæ, nullas vires habebūt, nec ecclesiasticæ reputabūt. 5.

*Vt Episcopi sui ordinis tempus obseruent, alter
alteri honorem præbentes. Cap. LV.*

ITem placuit, vt cōseruato metropolitani Episcopi pri- *Ex cōcil.*
matu, cæteri episcoporum secundum sui ordinationis *Cabillonē*
tempus, aliis alii sedenti locum. *si, cap. 7.*

*De Episcoporum ordine, vt qui posterius ordinati sunt,
prioribus se non audeant anteferre. Cap. LVI.*

Valentianus Episcopus dixit: Si permittit bonū pa- *Ex cōcil.*
tientiæ vestræ, prosequor ea quæ præterito tempo- *Africa-*
re in Ecclesia Carthaginensi gesta sunt, & subscriptioni- *no, cap. 53.*
bus fratrum firmata claruerunt, etiam hoc nos seruatuos
esse profiteor. Sed illud scimus, in uiolatā semper mansisse
ecclesiasticam disciplinam, vt nullus frater prioribus
suis se aliquando auderet anteponere, sed officiis chari-
tatis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequē-
tibus grāanter semper acciperetur.